



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Decano Et Capitvlo Eboracensibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

*NOBILI VIRO HERVEO  
Comiti, & Mathildi uxori ejus  
Comitissae Nivernensi.*

*Epiſt. 154.  
Diſpenſat ſu-  
per cognacio-  
ne.  
Vide lib. 15.  
epiſt. 83.*

**A** Scitis alius in partem follicitudinis, ſummus pontifex affumptus eſt in plenitudinem potestatis: qui cūm mode- rator ſit canonum, Juri non facit injuriam ſi diſpenſat; präfertim cūm diſpenſatio ſic juris vincula laxet in aliquo quōd in aliis non diſſolvit, & ſic beneficium gratia ſpe- cialis inducat quōd vigorem conſtitutionis non perimit generalis. Sanē ſupplicatiſ nobis ut cūm per tredecim annos in con- pectu Eccleſiae cohabitaveriſtis vobis adin- vicem, de cohabitatione hujusmodi ſobole procreata, impediſmentum ex eo quōd vos quarto gradu parentelæ vel remotiori contingitis amovere per diſpenſationis gra- tiam dignaremur, maximè ob reverentiam crucifixi, ad cuius vos obſequium devovi- ſtis, ſigno crucis affumpto in ſubſidium terræ ſanctæ. Quia verò dignum eſt ut in ejus vicario cuius cauſam in iſto negotio ſpecialiter affumpliſſe videmini favorem inveniatiſ gratia ſpecialis, conſiderato etiam quōd ſuper factō Virziliacensis Ec- cleſiae circa procuratiōnes mandatum apo- ſtolicum impleviſtis, vobis cum in gradu praedicto & remotiori, ſi eo vos forte con- tingitis, auctoritate apostolica de fratrū noltrorum conſilio diſpenſamus. Nulli ergo &c. diſpenſationis &c. uſque incurſu- rum. Datum Laterani xiiii. Kal. Ianuarij, pontificatus nostri anno decimoſexto.

*Vide ſupra  
epiſt. 21. &  
iuſtiſa epiſt.  
159.*

*Epiſt. 155.  
De elec-  
tione  
Episcopi.*

**D** ECANO ET CAPITVLO *Eboracenſibus.* **C** Vm Eccleſiam veſtram ſpeciali dili- gamus in Domino caritate, utpote maximum Eccleſiae Dei membrum, ipiſis commodum & honorem follicitè volumus procurare, cupientes ut eidem präficiatur annuente Domino talis paſtori qui ſibi non ſit oneri ſed honori, & qui magis pro- delle diſideret quam präfeſte, plebem ſibi ſubjectam ædificans verbo pariter & exemplo. Cūm igitur in cuiuſlibet elec- tione paſtoris cum multa ſit diſcretione ac pru- dentia procedendum, & omni carnalitate, timore, ac amore mundano exclusiſ, timor Domini sanctus prä oculis fit haben- dus, univerſitati veſtræ per apostolica ſcrip- ta mandamus & ſub divini judicij obreſta- tione präcipimus quatenus convenienti- bus vobis in unum in Capitulo ad traſtan- dum de veſtri elec- tione paſtoris, & ſpiritus ſancti gratia invocata, elec- tionem canoni-

cam de persona idonea celebretis cum con- ſilio venerabilis fratris noſtri Epifcopi Tuſculani apostolica ſedis Legati; diſtričtiūs inhibentes ne per violentiam aliquam ſive fraudem mandatum noſtrum deludere quis preſumat. Datum Laterani x. Kalend. Ianuarij, pontificatus nostri anno ſexto- decimo.

*I O H A N N I C A N O N I C O  
sancti Petri Leodiensiſ.*

**D** Iligenter examinatis & perspicaci- ter intellectis meritis cauſa quæ inter te ac G. Subdiaconum Leodiensiſ diocesis ſuper präbenda ejuſdem Eccleſiae verte- bat, tibi exigente iuſtitia präbendam adjudicantes eandem, ſuper ea perpetuum silentium memorato Subdiacono duximus imponendum. Nulli ergo &c. diſſinſionis &c. uſque incurſurum. Datum Laterani ix. Kalend. Ianuarij, pontificatus nostri anno decimoſexto.

*Epiſt. 156.  
El. adjudicat  
piaſeudam.*

*MAG ISTRU ET FRATRIBVS  
Hospitalis Theutonicorum.*

**C** Vm à nobis petitur &c. uſque concur- rentes aſſenſu, hospitalē apud Fri- ſacum & decimas omnium viſualium qua- ſolent adduci in caſtrum Frifaci, quæ ve- nerabilis frater noſtri Eberhardus Salze- bergenſis Archiepifcopus, Präpoſiti & Capituli Salzeburgensiſ Eccleſiae aſſenſu legitimo accendeſte, ordini veſtro intuita obtulit pietatis, ſicut ea omnia iuste ac pa- cificè poſſidetis, & in authentico ſcripto prädičorū Archiepifcopi & Capituli continentur, vobis & per vos ordini lupra- dičo auctoritate apostolica conſirmamus & präfentiſ ſcripti patrocinio communis. Nulli ergo &c. conſirmatiōnis &c. Si quis autem &c. Datum Laterani v. Kal. Ianuarij, pontificatus nostri anno ſextodeci- mo.

*Epiſt. 157.  
Decimas illis  
donatas conſi-  
mat.*

*LINGONENSI EPISCOPO,  
& Abbatii Morimundensi Ciferiensis  
ordinis Lingonensiſ dioceſis.*

**R** Ecepimus litteras veſtras, quibus no- bis intimare curaſtiſ quōd apostolico ſuſcep- to mandato ſuper indicenda purga- tione venerabili fratri noſtri Archiepifco- po Biſuntinensi, ad diem ſibi präfixum comparuit coram vobis, juramentum pur- gationis offerens ſub hac forma, videlicet quōd immunis erat ab illis criminibus ſuper quibus ſe purgare debebat. Cūmque vos dicereris hanc non eſſe formam canonici- cam, & ſuper hoc fuſſet aliquandiu diſ-

*Epiſt. 158.  
De purgatione  
canonica Ar-  
chiepifcopi Bi-  
ſuntiniſ.  
Cap. Accep-  
tum. De purga-  
tione canonica.  
Vide ſupra  
epiſt. 61.*